

1519. i. 15. Ibris Ex ms. Bibl. Latuse.

377

Achilles de Grassis Cardinalis
Bononiensis: Petro Tomicio Epi:
scopo Premisliensi et Regni
Poloniae Vicecancellario

88

Reverende in Christo Pater et Domine
tanquam frater honorandissime. Cognosces
Serenissimi Regis Nostrum animum erga me
sincerum et optimum nonnullis etiam sue
Majestatis accedentibus pollicitationibus. Et
ne Majestas sua retardetur mecum agere
sine aliquo Regni detrimento, quo alij Re:
ges cum suis Protectoribus consueverunt, ob:
tinui a Summo Pontifice Breve et quacunq;
beneficia fuerint mihi in hoc Regno concepa
post mortem meam nullo modo incuria Ro:
mana reserventur, sed ad regiam maje:
statem devolvantur. Quod eidem per pra:
sentem apostolicum Nuntium transmittito.
Et rogo obsecroque Dominacionem Vestram
Reverendissimam pro nostra fraternali
amicitia, ut apud Majestatem ipsam, ad
aliquid consequendum mihi velit esse auxi:
lio, ut omnes aliquando cognoscant me
Regi munificentissimo servivisse, et
Majestati sue me charissimum esse.
Nuntius ipse latius super hoc nomine
meo cum Reverendissima Dominacione
Vestraaget, cui dignabitur fidem prestare,
et me

et me quandoq[ue] suis literis de rebus, que ista
aguntur certiore[m] reddere, qua re non posset
mihi Reverendissima Dominatio vestra fa:
cere gratiore[m]. Cui me commendo, et bene
valeat. Datum Roma die Quindecima No:
vemb[ri]s, Anno Domini 1519. D